

*hält einen Hinweis auf zwei mögliche Deperdita, sofern die Belehnung der Vögte mit dem Dorf Reichardtsdorf durch Markgraf Heinrich und dessen spätere Auflassung ebenfalls beurkundet wurden; vgl. dazu die in der Vorbemerkung zu Nr. 3 genannten Beispiele für die Beurkundung solcher Rechtshandlungen. Zur Sache vgl. auch Nr. 125.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Henricus<sup>a)</sup> dei gratia | Misnensis et Orientalis marchio, Thur(ingie) lantgravius et Sax(onie) comes palatinus omnibus | imperpetuum. Cum humani generis condicio semper in infinitum decurrat et nichil sit | in eo, quod perpetuo perseveret, necessitas requirebat, ne veritas gestorum tractu temporis | propter labilem<sup>b)</sup> hominum memoriam infirmetur, ad posteriorum noticiam cum firmitatis | robore transmittatur. Inde est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, | quod, cum advocati de Wida ecclesie sancte Marie in Luseniz dampnum | aliquod irrogarint, eidem ecclesie pro dampno illato in aliqua parte satisfacere | cupientes petiverunt a nobis videlicet advocatus de Wida et de Plawe, | ut proprietatem ville Richardesdorf, quam de manu nostra iure tenuerunt | feudali, conferre vellemus ecclesie memorate, nos propter deum principaliter moti | et instantiam eorundem dictam villam cum iudicio ac patronatus iure | ecclesie eiusdem ville necnon cum omni iure ac utilitatibus universis pertinentibus ad villam superius memoratam ad resignationem dictorum advocatorum libere nobis factam, qui etiam nomine fratris<sup>6)</sup> ipsorum advocati de Gera | eandem villam similiter resignarunt, quam prefate ecclesie iure proprietatis | contulimus imperpetuum possidendam. Ne autem huiusmodi nostra donatio per | aliquem infringi valeat aut mutari, presens super eo de consensu nostrorum | filiorum Alberti videlicet et Theoderici dari iussimus instrumentum nostrorum | sigillorum munimine roboratum. Dat. in Novo Castro anno domini | M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LVIII<sup>o</sup>, VI<sup>o</sup> kalendas iunii, secunde indictionis. Testes huius | rei sunt: Theodericus Nuenburgensis episcopus, Henricus<sup>a)</sup> Merseburgensis episcopus, Hermannus | burgravius de Novo Castro, Hartmannus et Hermannus fratres de Luchtenberc, Meinherus | de Vizenburc, Henricus<sup>a)</sup> camerarius de Gnanensten, magister Cristophorus et | alii quamplures.

(SP. 1)

### 183.

*Markgraf Heinrich von Meißen gibt seine Zustimmung, dass das Kloster zum hl. Kreuz bei Meißen 4 Hufen im Dorf Piestel für 80 Mark vom (Zisterzienserinnen-)Kloster in Mühlberg gekauft und sich dabei zur Zahlung der darauf lastenden Zinsen von jährlich 8 Mark an den Kaufmann Johannes von Oschatz,*

prepositus Witego Northusensis prothonotarius noster; Nr. 239: prepositus Witego de Northusen; Nr. 242: prepositus Witego de Northusen, Iohannes et Nicolaus notarii nostri.

a) *sic A.*

b) *labiliem A.*

6) *Frater ist hier in der Bedeutung von 'Verwandter' zu verstehen; vgl. dazu MLW IV/3, Sp. 463. Die Vögte Heinrich (I.) von Gera und Heinrich (I.) von Plauen waren Brüder; Vogt Heinrich (VIII.) von Weida ist der Sohn ihres Veters Heinrich (VI.) von Weida; zur Genealogie vgl. etwa Flach, Urkunden der Vögte, S. 275.*